

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1000

Auteur(s) : Adrien IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Raoul de Perrières, Bayeux (chanoine)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1156, 12 décembre

Lieu d'émission : Latran

Action juridique : notification

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Adrien IV confirme au chanoine Raoul de Perrières la donation que Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux, lui a faite de Notre-Dame-de-Froide-Rue à Caen, et de la terre du trésorier à Douvres.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCX, t. 1, p. 256-257.
- b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 94, p. 180-181.

Dissertation critique

Datation proposée par J. Ramackers (voir RAMACKERS, p. 176, 181). Cf. Le 12 décembre, entre 1156 et 1159 est proposé par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Adrianus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Radulfo de Perreriis, Baiocensi canonico, salutem et apostolicam benedictionem. Ad confirmationem eorum, quæ a fratribus nostris episcopis in commissis sibi ecclesiis rationabiliter statuuntur, nec ecclesiasticæ utilitatis inspectio, nec injuncti nobis a Deo apostolatus officium difficiles existere nos permittit, qui nostra eos, et ammonitione ad bene operandum inducere, et auctoritate debemus in bono studio roborare. Venerabilis autem frater noster Philippus, Baiocensis episcopus, de profectibus ecclesiæ suæ sollicitus, inter cætera, quæ ad commendationem sui officii et considerationem mercedis æternæ, in ea studuit laudabiliter operari, de ecclesia Sanctæ Mariæ de Frigida Rua, apud Cadomum, et terra de Dovera, quæ dicitur thesaurarii, præbendam unam in ecclesia Baiocensi constituit, et eam ad serviendum ipsi ecclesiæ tibi concessit : ecclesiam quidem, ab omni exactione et episcopali consuetudine absolutam, terram vero, ab omni servitio liberam efficiens et quietam. Ut itaque constitutio ejusdem episcopi firma perpetuis temporibus et inconcussa permaneat, et nulli unquam ad violationem ejus liceat aspirare, nos constitutionem ipsius, et factam tibi ab eo super eadem præbenda concessionem, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti pagina communimus. Devotionem præterea, quam erga beatum Petrum, et nos ipsos, habere dinosceris, attendentes, personam tuam, cum eadem præbenda et aliis bonis, tam ecclesiasticis quam mundanis, quæ in præsentiarum juste et canonice possides,

aut in futurum rationabiliter, præstante Deo, poteris adipisci, sub Petri beati, et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti patrocínio communimus, statuentes ut, si te in aliquo gravari præsenderis, libere tibi liceat Sedem Apostolicam appellare. Nulli ergo omnino hominum fas sit hanc paginam nostræ confirmationis aliquatinus contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Data Laterani, secundo idus decembris.